

Lit. Lat.
rec. A.
86.

113. Poet. Recent.

Poetia
poetae lat. recent.
148.^a

3

XENIOLA LITE-
RARIA CALENDIS IANVARIII
DONO MISSA CLARISSIMO VIRO,
uirtute & eruditione præstanti, Domino
Magistro IOACHIMO STRVP.
PIO, Gelhusano, Videlicet.

IOHANNIS CHESSELI PRECES
pro felicis anni prospero curriculo, sumpta
ex hoc Psalmi 65. uersu.

עטרה שנת טובהך
ומעגליך ירעפון רשן:

ITEM.

IOSEPHI VVVRTZLERI HYM-
nus Græcus in Natalem Filij Dei.



VVITTEBERGAE
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.

ANNO M. D. LVII.

*Clariss: Viro eruditione & pietate
ornatiss: Dno Georgio Fabricio @
dno suo obseruandiss:
Ioach: Strupp.*

ΙΩΑΧΕΪΜΩ ΣΤΡΟΤΗΠΠΩ
ἐν πρᾶτῃ.

ξένιον σ' ἰωαχέμε
ξένιον σοι ὦ ἑταίρε
χορὸς ἀγλαῶν κοράων
ὀλίγον εἶλον τε πέμπε
ὄϊδμ, σοι ἐν φρονεσῶν.
σέ ῃ δ' ἄ παρόντα σέργαι,
πλατωνικῶ μεμνήσῃ.
πολὺ χρυσίον γε δ' οἶερ,
δ' οἶερ γε μαργαρίτας
μαλὰ ἡμίσε καλῶσ τε
οὐ πλασσία δ' ἔασιν
ἀχίτωνες ἀπέδ' ἱλοι,
ἀχρήματοι, πενιχραί,
δ' ἰα μυρίων πλανῶσι
τόπων, σὺ δ' οἶδα καυδῶ.
καί πῃ δ' ἔασιν τοῖαι
ἐλενσεται ἡ δ' ὄρον
ἐμπης τὴν πῃ ἄυτῶν
ποτέ μάργαρις ποθεν ἡ
σίλβω(α) σωφρονδσβ
ἀρετῆ καὶ εὐσεβεία,
σίλβω(α) καὶ ἀρίση,
ἐλευθέρα τε μορφῆ:
σέφανορ ῃ καὶ ἔπειτα
πανὺ ἄξιον σ' ἀμοιβῶ
ἀμαρανθινὸν πλέκσει
ναῦ ἐν πῃ ὀρ τίθεσθ
χεῶν ἰωαχέμε,
μδ(α) εἰλερ εἰλδ(α)
χεῶν ἰωαχέμε,

εἶλος

Εἰλες εἰλεῖν εἰλόντας
ἡρώων ἰωαχῆμε,
ὄντως ἄριστα πράττων
χαίροις ἰωαχῆμε.

Iohannes Cheffelius.

P R E C E S.

SVMME Deus, simplex in trino numine numen,
Sancte pater, tuq̄ æterni genitoris imago
Integra Christe Deus, Tuq̄ ò utriusq̄ benignum
Flamen: Sancte, potens, æterne, ò cuncta gubernās
Propicium numen. finisq̄ & originis expers,
Quas tibi debemus toto tibi pectore grates
Dicimus & casto nos te ueneramur honore,
Quod modo Phœbeæ permensus lampadis orbis,
Te duce, faustus ijt: Tua quod Clementia nobis
Atq̄ Ecclesiolæ desertæq̄ exiguæq̄
Hospita tecta dedit, quod tuta limina nidi.
Iam postquam Iani nobis rediere Calendæ
Denuo, seq̄ nouus nobis hinc incōat annus
Te precibus, uotisq̄ Deus, te carmine rursus
Sollicitemus, opemq̄ tua à pietate petamus.
Principio multis nos te offendisse fatemur,
Signaq̄ certa tuæ aduersum nos uidimus iræ,
Quinetiam cœlum miseris pœnasq̄ malumq̄
Nunciat affirmatq̄ Deum modo uindice dextra

A ij Affore,

Affore, ni uitam prauam ad meliora uocemus
Et propter gnatum ueniam pacemq̄ precemur.
Scindite corda Deo, cœlesti numine uates
Plenus ait loël, uerumq̄ probate timorem,
Scindite corda Deo, pullas ne scindite uestes.
En tibi pectora mœsta pater laceramus & iræ
Euitare tuæ quam fulmina sæua uelimus.
Annè cor afflictum & multo mœrore solutum
Deseruisse uelis? Annè obliuisceris ultro
Nostri? Non facies: Non irasceris in æuum:
Es Deus, & genitor tardam quoq̄ lentus ad iram
Nec meminisse diu poteris Deus optime noxæ,
Ipse doles pœna, non es redeuntibus asper.
Per natum, natiq̄ tui per uota, necemq̄
Nos recipe, & clemens cætus miseretur iacentis,
Quisq̄ sit in Christo palmes, qui semper abunde
Palmitibus uitis succus uiresq̄ ministrat,
Palmes ut in uite est, sic sit in palmite uitis,
Nos sumus in Christo, nobis sic Christus & adsit,
Quo sine nostra nihil sunt, sed quo principe rursus
Omnia sunt, & grata Deo, licet omnia nil sunt.
Adsis nate Dei, uerbum fulgorq̄ parentis
Vt sic possimus uirides producere gemmas
Te duce, & uuarum maturos edere fætus,
Membra tuæ quæ non sunt firmiter insita massæ.
Nec ducunt à te uires uite atq̄ uigorem
O pereant, rapidumq̄ procul iaciantur in ignem
Arida cum flammis sint apta, reuulsaq̄ trunco.
erum

Verum nos recipis, ueniam si quando petamus
Quisq; per occisi trepidentia uulnera nati,
Cum quo læticia miseros & munere donas
Vitæ, nosq; locas in summa palatia cœli.
Gaudia quod si non nunquam peritura negabis
Supplicibus, qui non dederis terrestria nobis?
Munera tu nobis cumules, sic gratia maior,
Maior & assiduo ueniet tibi carmine cultus.
Annum quæso tua cæptum bonitate coronas,
Et tua fac oleo stillent uestigia pingui,
Sic tua doctores oracula rite docebit,
Sic tua discentes oracula discere possunt,
Sic tua sancta cohors oracula rite sequentur,
Sic sobolem erudient uera in pietate parentes,
Sic etiam Aonides solita in statione manebunt,
Sic tibi crescet honos genitor, tibi teq; colentum
Sic numerus crescet, tua gloria stabit in æuum.
Adfere nos laudemq; tuam, tua, teq; professos.
Publica funestus ne turbet commoda Mauors
Fac Deus, humanoq; ferox discordia cœtu
Hinc abeat, genetrix multorum fæta malorum,
Sincera pietate liget concordia mentes
Vnanimes, precor in Nato nos simus ut unum
Vnaq; uox de te uastum spargatur in orbem,
Nec noua quæso ferant doctores dogmata falsi,
Nec blasphemorum reliquos contagia lædant
Gloria quos iuuat, infelixq; superbia, texant
Vt contra Dominum uana mendacia lingua

A iij Impia,

Impia, & infestos secum ad nigra tartara mittant,
Tabida nec pestis nostris grassetur in oris,
Fac ne fæua lues languentes corporis urat
Artus, tu prohibe, lætali perfidus anguis
Arte uenenatos ne spargat in aëre fumos,
Imber da solitus sitientes irriget agros
Ne segetes pareant immenso solis ab æstu,
Duram pelle famem qua nil mortalibus unquam
Tristius est, foueas nostris crescentia terris,
Et caro nos infirma rapit ad pessima quæc̃p̃
Et Satanus contra nos tentat uimc̃p̃ dolosc̃p̃
Ceu lupo, impastus, qui summa cacumina uelox
Atq̃ imas ualles uentre infligante pererrat,
Donec ouem pleno trepidam deprendat ouili
Imbellemc̃p̃ ferus laceret malè dentibus atris
Haud secus insidijsc̃p̃ potens & robore magno
Antiquus coluber molitur damna necemc̃p̃
Incautis, secum Stygias quos mergat in undas
Quæso tuos te quæso uelis defendere cætus.
Sis Christe Emanuel, pro nobisc̃p̃ arma capeffas,
Angelicisc̃p̃ uelis munire cohortibus omnes
Qui te cumc̃p̃ colunt animo tua sacra professi.

A M E N.



IOACHIMO STRVPPIO S.

Cultor Pierij diserte fontis
Qui montis caput extulisti in altum
Ioachime biuerticis, cacumen
In Machaonia pari labore
Mecum iam studiosus arte fudas
Æternum decus inclytumq; nomen
Hoc molimine qui tibi parabis
Quis nos non putet intimos amicos?
Quis nos non putet optimos sodales?
Musæ nos studijs tenent iisdem
Phœbæamq; simul trahunt ad artem
Et Lucina dedit duobus unum
Natalem, nisi quod nec annus idem est.
Est Petrus genitor tibi, minister
Christi, saluificæ docet salutis
Verbum, lustra fideliterq; septem
Tantum munus obit senex honestus
Qui claret studijs piacq; uita.
Est Petrus genitor mihi, minister
Christi, saluificum docet salutis
Verbum, lustra fideliterq; septem
Tantum munus obit senex honestus
Qui claret studijs piacq; uita.
Vitam quæ faciunt beatiolem,
Ioachime tibi sodalis hæc sunt:
Quod per Saxonicas renidet aulas
Felicis tua laus tui laboris;

Quod

• Quod perq̄ Hessiacas renidet aulas
Felicis tua laus tui laboris.
Duces Saxonicos piè docebas
Et tu Landtgrauios piè docebas,
Ipsis Principibusq̄ profuisti
Curafticq̄ simul soli Colonos.
Est foelix Regio Deo uolente
Quam doctusq̄ piusq̄ dux gubernat.
Verus testis erat tibi futurus
Magnus MAVRICIVS, beatus heros,
Assertor Patriæ, paterq̄ terræ.
Qui si uiueret unus ille uictor
Seuis incuteret metum Tomitis:
Verus testis adest tibi PHILIPPVS
Floret dante Deo sed is superstes
Catthos Imperio regens tuetur
Leges & placidam suis quietem.
Quid multis moror? En tibi Camœnam
Vt Iani monuere me Calendæ,
Hanc dono tibi: Tecq̄ prodeuntes
Versus quàm trepidè rogant uicissim
Vt se fronte modo legas Ierena
Musamq̄ accipias ut impolitam
Sic annus tibi currat inchoatus
Fauftus, quo bene tu pieq̄ uiuas,
Ac beet meliore te Thaleia,

V A L E.

IOSEPHVS VVVRTZLERVS.

Hymnus



[Blank paper label]